

Adenda sapientia loqui, quod est lignum vitae: cui vti-
q[ue] inuestigandae ac possidendae, id est, contemplande,
talis oculus per omnia superiora perductus est, quo
videtiam posse & arcta via & angusta porta. Quia
ergo deinceps dicit, Intrate per angustam portam,
quia lata porta: & reliqua: non ideo dicit, quia iugum
Christi asperum est & sarcina grauis: sed quia labo-
res finire pauci volunt, minus credentes clamanti,

Matt. ii. Venite ad me omnes qui laboratis & ego reficiam
vos. Tollite iugum meum super vos: & reliqua. Hinc
ergo sermo sumptis exordium de humilibus & miti-
bus corde, quoniam iugum lene & leuem sarcinam
multi respiciunt, pauci subeunt: eo quod sit arcta via q[ui]
ducit ad vitam, & angusta porta qua intratur in ea.
Hic ergo illi qui promittunt sapientiam cognitionem
& veritatis quam non habent, praecipue cauedi sunt,
sicut sunt haeretici, qui se plerique paucitate commen-
dant. Et ideo cum dixisset, paucos esse qui inueniunt
angustum portam & arcam viam, ne se illi supponat
nomine paucitatis, statim subiecit. Cauete a pseudo-
prophetis qui veniunt ad vos in vestitu omnium, in-
trinsecus autem sunt lupi rapaces. Sed isti non fal-

Blunt oculum simplicem, qui arborem dignoscere ex
fructibus nouit. At enim, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Deinde similitudines adiungit, Nunquid
colligitur de spinis vias, aut de tribulis fucus? Sic omni-
nis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem ar-
bor, malos fructus facit: & reliqua. Quo loco illorum
error maxime caudentur est, qui de ipsis dubius ar-
boribus duas naturas opinatur esse: quarum una sit
dei, altera vero neque dei neque ex deo. De quo erro-
re & alijs libris disputatum est uberiorius, &, si adhuc
parum est, disputabitur. Num autem, non eos adiu-
vare duas istas arbores, docendum est. Primum, quia
de hominibus eum dicere tam clarum est, vt quis
quis precedenter & sequenter legerit, miretur eos
cum cecidit. Deinde attendunt quod dictum est,
Non potest arbor bona fructus malos facere, neque
arbor mala fructus bonos facere. Et ideo putant ne-
que anima malâ fieri posse vt in melius cometur,
neque in deteriori bonâ: quasi dictum sit, Non potest
arbor bona mala fieri, neque arbor mala bona fieri:
sed dictum est, Non potest arbor bona malos fructus
facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Arbor
est quippe ipsa anima, id est, ipse homo, fructus vero
opera hominis. Non ergo potest malus homo bona

Coperari, neque bonus mala. Malus ergo si vult bona
opera, prius bonus fiat. Sic alio loco euidentius dis-
cit ipse dominus, Aut facite arborem bonam, & fru-
ctus eius bonos: aut arborem malam, & fructus eius
malos. Quod si duas naturas istorum, his duabus
arboribus figuraret, non dicetur, facite. Quis enim
hominum, potest facere naturam? Deinde etiam ibi,
cum ipsarum durarum arborum mentionem fecisset,
subiecit, Hypocritæ, quomodo potest bona loqui, q[ui]
sitis mali? Quandiu ergo quisque malus est, non po-
test facere fructus bonos. Si enim bonos fructus fe-
cerit, jam malus non erit. Sic verissime dici potuit,
non potest esse mix calida: cum enim calida esse ce-
perit, non iam niuem, sed aquam vocamus. Potest er-
go fieri, vt quia mix fuit, non fit: non autem potest fieri,
vt mix calida sit. Sic potest fieri, vt qui malus fuit,
non fit malus, non tamen fieri potest vt malus bene
faciat. Qui etiam si aliquando utilis sit, non hoc ipse
facit, sed fit de illo diuinam prouidentiam procurante, si-
cut de pharisæis dicit. Quæ dicunt facite, que autem
faciunt, facere nolite. Hoc ipsum quod bona dicebant,
& ea quæ dicebant utilem audiebantur & fiebant,
non erat ipsum, Cathedram enim, inquit, Moysi
sedent. Per diuinam ergo prouidentiam legem dei
prædicantes, possunt esse audientibus utiles, cum ipsi
sibi non essent. De talibus alio loco per prophetam di-

Tonus quartus.

Dictum est, Seminatis triticum & spinas metetis: quia bona præcipiant & mala faciunt. Non ergo qui eos audiebant & faciebant quæ ab eis dicebantur, de spini-
nis legebant vias, sed per spinas de vite legebant vias: tanquam si manum aliquis per sepem mittat, aut certe de vite quæ sepi fuerit imvoluta viam legat, non spinarum est fructus iste, sed vitis. Reputissime sanè quæritur quos fructus nos attendere voluerit, quibus cognoscere arborem possimus. Multi enim quædam in fructibus depitant, quæ ad vestitum o-
uium pertinent, & hoc modo à lupis decipiuntur: si-
cufiunt vel ieiunia, vel orationes, vel elemosynæ:
quæ omnia nisi fieri etiam ab hypocritis possent, nō
superius dicetur, Cauete iustitiam vestram facere co-
rām hominibus vt videamini ab eis. Quia sententia
præposita, ipsa tria exequitur, elemosynam, oratio-
nem, ieiunium. Multi enim multa pauperibus, non
misericordia, sed ambitione largiuntur. Et multi o-
rant vel potius videntur orare, non intuentes deum,
sed hominibus placere cupientes. Et multi ieiunant
& mirabile abstinentiam prætendunt eis quibus
ista difficultas videtur, & honore digna existimatur:
& huiuscmodi dolis eos capiunt, dum aliud ostentat E
ad decipiendum, aliud exerunt ad deprædandum, vel
interficendum eos qui sub vestitu oīino lupos vide-
re non possunt. Hi ergo non sunt fructus de quibus co-
gnosci arborem monet. Ita enim cum bono animo
in veritate fiunt, propriæ sunt oīibus vestes: cum au-
tem mali in errore, non aliud quam lupos tegunt.
Sed non ideo debent oīes odisse vestimentum suum,
quia plerique illo se occultant lupi. Qui sunt ergo
fructus quibus inuentis cognoscamus arborem ma-
lam? dicit apostolus, Manifesta autem sunt opera Gal. 5.
carnis, quæ sunt fornicationes, immunditia, luxurie,
idolorum seruitus, beneficia, iniuriae, contentioes,
æmulationes, animositas, differencias, bærcles, in-
uidiae, ebrietates, commissationes, & his similia, quæ
prædicto vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agit
regnum dei non consequentur. Et qui sunt fructus p
quos cognoscimus arborem bonam, idem ipse Apo-
stolus consequenter dicit, Fructus autem spiritus est
charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bo-
nitas, fides, mansuetudo, continentia. Sane sciendum
est, hic gaudium propriæ positum, mali enim homi-
nes non gaudere, sed gemitre dicuntur propriæ: sicut
superius diximus voluntatem propriæ positam, quæ
non habent mali, vbi dictum est, Omnia quæcumque F
vultis vt faciat vobis hoies: & reliqua. Ex ista p[ro]feta-
te verbi qua gaudii nō dictur nisi in bonis, etiā Pro
pheta loquuntur dices. Non est gaudere ipijs dicit dñs: Esaiæ. 57
Ita q[uod] posita est fides, non q[uod] vtq[ue] sed vera fides,
& cetera quæ hic posita sunt, habent qualidā imagines
sunt in malis hominibus & deceptoribus: vt omni-
no fallant, nisi quisq[ue] tam mūdum oculum & simpli-
cem habuerit, quo ista cognoscatur. Optimo itaq[ue] ordi-
ne primo actum est de mūdido oculo, & deinde dicta
sunt quæ cauerentur. Sed quoniam quanvis quisque
oculo mūdo fit, id est, simplici & sincero corde viuat,
non potest tamen cor alterius intueri: q[uod] ergo i fa-
ctis vel dictis apparet non potuerunt, temptationib[us]
aperiuntur. Tentatio autem duplex est, aut in spe a-
dipiscendi aliquod commodum temporale, aut in ter-
rore amittendi. Et maxime cauerendum est, ne tende-
tes ad sapientiam, quæ in solo Christo inueniri po-
tent, in quo sunt omnes thefauri sapientia & scientia
abconditi, Caueendum, inq[ue], est ne pro Christi nomi-
ne ab haereticis vel quibuslibet male intelligentibus
& feculihiunis amatoribus decipiatur. Nam ideo
sequitur & monet dicens, Non omnis qui dicit mihi
domine dñe, intrabit in regnum celorum: & reliqua,
ne putem⁹ ad illos fructus p[re]tinere, si quis domino no-
stro dicat, domine domine, & ex eo nobis arbor bona
K iiiij videatur.